

ARGUMENTA STUDIORUM,

E QUIBUS

UTRIUSQUE ELOQUENTIAE STUDIOSI

IN

CLERICORUM REGULARIUM

PIARUM SCHOLARUM GYMNASIO

**BISZTRICZIENSI,**

MENSE AUGUSTO

ANNO

M. D. C. C. C. XXX.

TENTAMINA LITERARIA

SUBIVERUNT.



---

TYPISIO. EMANUELIS FILTSCH, TYPOGRAPHI BISTRICZIENSIS

NOMINA RESPONDENTIUM.

---

IN II. HUMANITATIS SCHOLA.

Brengya Basilius.

Brengya Ioannes.

Máthé Demetrius.

Rotter Ludovicus, de Kostenthal.

Urbán Michael.

Vajda Ludovicus, de Kisbun.

---

IN I. HUMANITATIS SCHOLA.

L. B. Szentkereszti Stephanus, de Zágon.

Pfingstgraeff Augustinus.

Horváth Carolus.

Szabó Emericus, de Fogaras.

Józsa Theodorus.

Samsugyán Elias.

---

*Universim 12.*

## I.

### E DOCTRINA CHRISTIANA.

*Humanistae II. Anni.* Retulerunt de duobus hominis Christiani Officiis; quorum primum de *malo* declinando, alterum de *bono* faciendo sonat: nec non de *quatuor* Hominis *Novissimis*.

*Hum. I. Anni.* De Praeceptis, quae populo Israëlitico data sunt a Deo in monte Sinai; cum universalibus Ecclesiae Catholicae Praeceptis.

## II.

### E PRAECEPTIS ELOQUENTIAE.

*Hum. II. Anni.* De minoribus Poëticae operibus, uti: Elegia, Epigrammate, Satyra, Epistolis Poëticis, Carmine Lyrico, Eccløgis, Narratione Poetica, Fabula Aesopica; item de diversitate Carminum ex Materia, vel Objecto, de Technopaegniis, nec non de Inscriptionibus, atque Elogiis.

*Hum. I. Anni.* De Dispositione; Orationibus proprie dictis in genere; praecipuis argumentationum speciebus: ac tandem de Pronunciatione terminarunt.

## III.

### EX AUCTORIBUS CLASSICIS.

*Utrique Classi communia.* E Marco Tullio Cicerone exposuerunt orationem pro *A. Licinio Archia Poeta*. Tum e *Q. Horatio Flacco* Libri III. Odas 1, 2, et 3: praemissa utriusque Auctoris Biographia, et argumento.

## IV.

### EX HISTORIA.

*Hum. II. Anni.* Seriem Imperatorum Romanorum a Carolo Magno, usque *Franciscum II.* sub quo corpus Imperii Romano — Germanici solutum est, Statibus Imperii foedus Rhenanum, sub protectione Napoleonis Bonaparte, tunc Imperatoris Gallorum constituentibus, deduxerunt.

*Hum. I. Anni.* Regum, qui ex Augusta Domo Austriaca, a Leopoldo M. usque ad Augustissimum hodiernum Franciscum I. (*quem Deus O. M. Imperio, Patriae, bonis omnibus, quam diutissime florentem, et incolumem servet*) Hungariae praefuerunt, res gestas enarrarunt.

## V.

## E GEOGRAPHIA.

*Hum. II. Anni.* Hodiernae Americae, et Polynesiæ descriptionem dederunt.

*Hum. I. Anni.* Quaestionibus in genere de Asia resolutis: tractarunt in specie de Imperiis, et Regnis, ejusque Insulis.

## VI.

## EX ARCHAEOLOGIA ROMANA.

*Hum. II. Anni.* De Diis minorum gentium, uti: Indigetibus, Semonibus, Virtutibus, Affectionibusque animi, et Diis Peregrinis; item de Ministris, et Ritibus Sacrorum; nec non de Tempore.

*Hum. I. Anni.* De Iudiciis, Ludis Romanorum; re Militari; et Domestica disseruerunt.

## VII.

## EX ARITHMETICA.

*Utraque Classis.* Primo Calculum Censuum; Anticipationis item, et Catenariam, cum in theoria, tum in praxi absolvit: tum de variis Arithmeticae Usibus in negotiis Vitae quotidianae occurrentibus egit, resolutis diversi generis Problematibus.

Quantum vero in *Calli-Orthographia* profectum fecerint, coram exhibuerunt.

Aloysius Cservényi m. p.  
II. et I. Humanitatis Professor  
et Gymnasii Exhortator